Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

R V

mandam eis pueris meis ut nemo
tibi molestus sit. Sed et si sitieris va
de ad sarcinulas et bibe aquas de
quibus et pueri mei bibunt. quae
cadens mulier in faciem suam et
adorans super terram dixit ad eum.
Unde mihi hoc ut invenerem gratiam
ante oculos tuos et nosse me disna
veris peregrinam mulierem. Cui ille
respondit. nunciata sunt mihi omni
quae fecisti socrui tuae post mortem viri
tui et quod dereliquisti parentes tuos et
terram in qua nata eras et venisti ad
populum quem ante nesciebas. Reddat
tibi dominus de ope tua et ple
nam mercedem recipies ab domino
deo israel ad quem venisti et sub cuius
confugisti alas. quae ait. inuenerim gratiam
in conspectu tuo domine mi. qui con
solatus es me et locutus es ad cor an
cille tuae quae non sum similis uni pue
larum tuarum. Dixit ei ad eam
boos. Cum hora uescendi fuerit veni
huc et comede panem et intinge
buccellam tuam in aceto. sedit itaque
ad messorum latus et consecuit pol
lentam sibi. comedit que et saturata
est et tulit reliquias. atque inde surrexit
ut ex more spicas colligeret. praecepit
autem boos pueris suis dicens etiam
si uobiscum metere voluerit ne prohi
beatis eam et de ceruis quoque manipu
los proicite de industria. et sinite
uere punite ut absque rubore col
ligat et colligentem nemo prohibe
at. Collegit ergo in agro usque ad
uespam et quae collegerat uirga ce
dens et excutiens invenit ordei ad
ephi mensuram i. tres modios ad
portans reuersa est in ciuitatem et
ostendit socrui suae in sinu protulit
et dedit ei de reliquiis cibi sui quo
saturata fuerat. Dixit que ei socrus
ubi hodie collegisti et ubi hodie fecisti
opus. sit benedictus qui misericors
est tui. Indicauit que ei apud quem
esset operata et nomen dixit uiri. qui
boos nominatus. Cui respondit no
emi. Benedictus sit a domino quoniam
eandem gratiam quam praebuerat
uiuis seruauit et mortuis. ait iusque
ait. propinquus noster est homo et
mihi hoc quoque praecepit mihi. ut
tam diu messoribus eius inseruiret
donec omnes segetes meterentur.
Cui dixit socrus. melius est fili mi
ut cum puellis eius exeas ad mete
dum ne malieno agro quispiam re
sistat tibi. Iunicta est itaque puellis
boos et tam diu cum eis messuit
donec ordeum et triticum moderis con
dereuntur.

III

Postquam autem reuersa est ad
socrum suam audiuit ab
ea filia mea quaeram tibi
requiem et prouidebo ut bene sit tibi
Boos iste. cuius puellis in agro iun
cta es. propinquus noster est et in hac
nocte aream ordei uentilat. lauare
igitur et inunge et induere cultio
ribus uestimentis ac descende in
aream ordei. non te uideat homo donec
helium potum que finierit. Quod
autem ierit ad dormiendum nota lo
cum in quo dormiet. Veniesque et dis
cooperies pallium quo operiatur
a parte pedum et proiices te et ibi
iacebis. ipse autem dicet tibi quid ag
debeas. Haec respondit. quicquid
praecipis faciam. Descendit que mate

tam-